



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 14. Francofordienses Lutheri hæresi infecti

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

Sæc. XVI. *Etum, & judicium Dei in Thomam Müenze-*  
 A.C. 1525. *rum.* Huic libello protinus respondit

Joannes Cochlaeus, atque omnia in i-  
 pfsum Lutherum retorquens, ex propriis  
 ejusdem libris, quæcunque ipse rusti-  
 cis imputavit, eos haussisse, atque cun-  
 ëta, quæ rebelles injuste attentarunt, ex  
 illius doctrina didicisse demonstravit.

§. XIV.

*Francofordienses Lutheri hæres*  
*infæcti.*

**E**x his Germaniæ tumultibus innume-  
 ræ oriebantur seditiones in variis  
 urbibus, quarum cives Lutheri sectam  
 introducere moliebantur. Jamjam Sa-  
 xoniæ Elector recens electus, Hassiæ  
 Landgravius, & Brunsvicensium Dux  
 palam Lutheri hæresin profitebantur,  
 nec minus Senatus Argentinensis aper-  
 te adversus Episcopum Ecclesiasticorum  
 connubiis & Lutheranæ doctrinæ Præ-  
 conibus favebat. Ast majores longe  
 turbas impia hujus Hæresiarchæ dog-  
 mata Francofordiæ ad Mœnum fusci-  
 tarunt: Plebs enim a duobus seditioso-  
 rum ductoribus, quorum unus erat Sar-  
 tor, alter Sutor, ad rebellionem con-  
 citata in feriis Paschalibus magno im-  
 petu insurrexit, ac undique ad arma  
 con-

concurrentes, Fridericum Martoffium, Sæc. XVI.  
& Joannem Cochlæum, quorum prior A.C. 1525.  
ad S. Bartholomæum, alter vero ad  
B. Virginem Decanus erat, urbe expul-  
lit, non aliam ob caussam, quam quod  
Fridericus in Parochiali Ecclesia no-  
vos Lutheranorum ritus non admitte-  
ret; Cochlæus vero in Lutherum quæ-  
dam scripsisset. Postmodum seditiosi  
urbis regimen sibi arrogantes, Sena-  
tum veterem abrogarunt, novamque  
Curiam constituerunt, in qua viginti  
quatuor ex plebe delecti, omne civita-  
tis jus sibi usurpabant. Hi itaque no-  
vi Senatores quadraginta septem con-  
scripserunt articulos, quos pro legibus  
haberi voluerunt, datusque literis u-  
trumque Decanum urbe expulsum ju-  
bebant, ut eo intra mensem redirent,  
suoque consensu attentata firmarent, a-  
lias sua amissuri beneficia. His minis-  
territus Martoffius cessit: Joannes ve-  
ro Cochlæus rescripsit, quod consenti-  
re non possit absque Superiorum con-  
silio & voluntate: Petebat igitur lon-  
giores inducias, non quod consentire  
unquam intenderet, sed ut iratæ plebis  
animos a vi retineret. Hoc quoque i-  
psum paulo post factum est.